



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

Sta Viator?

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

Postquam exactum est totius vitæ spatium; nihil  
supereft, quàm hominis jam mortui Epitaphium:

## STA VIATOR?

Antequàm jaceas cadaver.

Nunquam opportunius fui locutus, quàm è loculo,  
Nec utilius monui,

Quàm è monumento.

Crede mihi jam umbræ; omnia bona, præter  
Summum Bonum,  
Umbra sunt.

Tum primùm cognovi; quod omne, quod in mun-  
do est mundi,

Non sit nisi fumus, dum Jacui funus.

Sum, quod eris; fui, quod es.

Si fapis, hic vive Deo; morere mundo.

Heu vita continenter currit ad Mortem etiam in  
vita.

Ad mortem autem?

Imò verò ad Æternitatem.

Ah! quàm vellem plus virtuti, minùs permisiffem  
me Vanitati.

Nunc mihi istud non nisi optare,

Tibi etiam præstare licet.

Felicissimè Æternitatis portum ingredi potes plenis  
velis, si ita velis.

Ut non impingas in scopulum; respice scopum.

Abi modò

Et quod ego Tibi æternùm ut gaudeas; Tu mihi re-  
ciprocâ prece

Seriò adprecare.

AUCTO.